Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



lvij.

Nunc g̃ si iudisti eam;
dic sub qua arbore uidis
eos colloquentes sibi. Qui
aut. Sub ilno. Dixit aut
Daniel. Recte mentitus
es in caput tuum. Ecce a
angelus dni accepta sententia
ab eo. scindet te medium.
Et amoto eo iussit uenire
alium; et dixit ei. Semen
chanaan et nõ iuda; species
decepit te. et concupiscentia
subuertit cor tuum. Sic fa
cebatis filiabus isrl'; et
ille timentes loquebantur
uobis. sed nõ filia iuda sustu
nuit iniquitatem uestram.
Nunc g̃ dic mihi sub q̃
arbore comprehendis eos col
loquentes sibi. Qui aut. Sub
pruno. Dixit autem ei Daniel.
Recte mentitus es et tu
in caput tuum. Manet a
angelus dni gladium habens
ut secet te medium; et int
ficiat uos. Exclamauit
itaq; omis cetus uoce magna;
et benedixerunt deo q̃ saluat
sperantes in se. Et insurrexerunt
aduersus duos presbiteros con
uicit ea eos Daniel ex ore
suo falsum dixisse testiom;
fecerunq; eis sicuti male e
gerant aduersus primum. et
interfecerunt eos. Et saluatus
est sanguis innocentis in illa die.
Si ambulem in medio. Gr.
umbre mortis nõ timebo mala
quia tu mecum es dne. V. Virga tua
et baculus tuus ipsa me cõsolata sunt.
Tractus. Dec. Iohannem.
Exiit ihs in monte oli
ueti; et diluculo iterum
uenit in tamplum. Et omis
ppls uenit ad eum; et sedens
docebat eos. Adducunt
autem scribe et phrisei mlierem
in adulterio deprehensam; et
statuerunt eam in medio et
dixerunt ad ihm. Magr;
hec mlier modo deprehensa est
in adulterio; in lege autem
moises mandauit nobis hui
modi lapidare. Tu g̃ qd
dicis? Hoc autem dicebant
tentantes eum: ut posset eum
accusare. Ihs at inclinans
se deorsum; digito scribebat